

Golio.

Amplissime ac doctissime vir

131

(365).

Quae nos avocamenta postremis hinc diebus ferrei ὄτιο τῶν
τῶν εἰς ἡμῶν distraxerint, nemo vestrum est qui nesciat.
Itaque nec veniam peto huius mora, quam quod potui
rupister me, credi postulo. Ad Geneveses quam serio
exponamus quod postulasti exemplum literarum
hinc adjunctum dicit, Tu Heinsio meo, si me amas, esse
haec de minimis eorum, quae tanti in amici gratiam
per me effecta cupiam. De Poematu meo, aliquid dic-
tauit tibi, amor nostri, quem ut semper magni feci et
facturus sum, ceteris ~~quodam modo~~ ^{me} ~~superiorem~~ ^{me} ~~gero~~
ne me temere admittere censeas, quae quasi non de me
sentio pronuntiari. Vale vir praecclare, et sic nimium
amicus. a. Tuo. C. H.

Assenedae in Castris ad
Saxum Sandaevense
5. Aug. 1644.

Salmasio.

Nobilissime vir.

(366).

Postquam hic debellatum est non infeliciter, ad Musas
paulatim me convertito, ampliare mihi otio, silentio,
et securitate. Imprimis te de Coma uberrime ac
doctissime ac prudentissime disserentem auidè arripui,
et auspiciatus modo lectionem illam, propero laudem
tibi dicere, et summas gratias, ne ad calicem ubi ventum
erit, obruto utriusque argumenti pondere, stupor ipse
silentium imperet. Nimirum nihil esse quod te
fugiat earum, quae plerisque latent, magis magisque
palam facis, cuiuscumque te rei vel leuissima impen-
das vel summè graui, nam in paruis quis expectet,
quae tu promissis, in maximis quis assequatur, quo
ascendis? Ecce ad veritatem Epigrammatis redimus, quod
retorquere tibi nuper placuit tanto lepore. Perge tu
verò summe vir, saeculum implere sublimioris momenti
eruditissimis commentariis, quae aut effecta nunc, aut
parata habes, et a quibus qui te his talibus nimis avoca-
rent, equidem de Republica parum bene mereri statuere
vale nostrum decus. Assenedae in Castris 19. Cal. Octobr.
C1610CXLIV.

Salmasio